



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 99. Basileensium Legati ab Amadæo ad alloquium admissi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

ratam haberet, inducerent. Hi erant Sæcul. XV.
Cardinalis Arelatensis Synodi Præses, se- A.C. 1439.

ptem Episcopi, tres Abbates, quatuorde-
cim Doctores, unacum Comite de Tier-
stein Protectoris vices agente, omnes nu-
mero viginti quinque. Digrediebantur
Basilea die undecima Decembris, nonni-
si tamen vigesima ejusdem Mensis Ripa-
liam veniebant. Ipse met Amadæus Le-
gatis obviam sese intulit, Eremitis, at-
que familiaribus suis stipatus. Legati
vero adventus sui cauissam quidem expo-
nebant, Synodi tamen literas nondum
eisdem porrigebant, nec ipsius assensum
sollicitabant, sed alia duntaxat die audi-
ri postulabant, quod & ipsis triduo post
concessum.

§. XCIX.

Basileensium Legati ab Amadæo ad alloquium admissi.

Hoc temporis intervallo ii, qui Duci a
consiliis erant, quædam postulata
Legatis exponebant, præprimis ergo Ju-
risjurandi sacramentum, quod Amadæus
præstaret, emendari petebant: dein po-
stulabant, ut habitu & barba, quam sa-
tis promissam Eremitarum more gesta-
bat, adhucdum ei uti liceret, nec illius
nomen mutaretur. Respondebant Lega-
ti. I. Sibi quicquam juramento addere,

M m 3 vei

Sæcul. XV. vel demere, omnino liberum non esse, ut
A. C. 1439. potè quæ facultas soli Synodo reservata
 foret. II. Necessarium esse, Amadæum
 mox dato in sui electionem consensu, ve-
 stibus supremæ suæ dignitati consonis or-
 nari, ut summi Pontificatus possessionem
 accepisse monstaret. III. Ducis nomen
 commutandum esse, cum id exigeret an-
 tiquissimus Romanæ Ecclesiæ usus, ac
 ipsem Christus Dominus, qui sancti Pe-
 tri nomen mutasset. Nihilominus bar-
 bam juxta normam a Pontificibus ges-
 ri solitam tum nullatenus sibi radi voluit,
 quocirca Legati ad tempus in hoc Am-
 adeo cesserunt,

§. C.

Nomen Felicis V affumit.

Postquam igitur dies nominatus ille
 rat, Legati ad alloquium confelum
 admissi, nomine Concilii Amadeo Duci
 electionis suæ literas offerebant, ac diu
 reluctantem tandem permovebant, ut Ec-
 clesiæ clavum, invitus licet, & plurimis
 obortis lacrimis susciperet; emisso jura-
 mento, electoque sibi nomine *Felicis Quin-
 ti*. Induebatur mox ornamentis Pontif-
 calibus, nequaquam tamen barbam, quam
 fatis prolixam nutriebat, sibi tonderi pa-
 sus, sed eam more suo, conniventibus ce-
 teris, aliquamdiu gestavit. Consecraba-
 tur